

Jam congruit ut tractemus de consecratione que super
 Instrumenta huius arti vitæ, et huius virtutis duobus
 potissimum perficitur scilicet virtute ipsius Personæ conse-
 crantis, et virtute ipsius orationis, per quam fit conse-
 cratio. Nam in Persona requiruntur vitæ sanctimo-
 nia, et sanctificandi potestas, qua utraque dignifica-
 tionem, et initiationem acquiruntur; deinde quod
 ipsa Persona hanc virtutem, et potestatem firmam, et
 indubitata fide in se ipsa cognoscat se parte autem
 ipsius orationis per quam fit consecratio, dependens
 quoque continetur sanctimonia, que per se inest ipsi
 orationi, ut si sit divinitus ad hoc ordinata quales
 habemus in plerisque sacris Bibliorum eloquijs, vel
 quod sit virtute Spiritus sancti ex ordinatione euhelens
 ad hoc instructa, aut inest sanctimonia orationi non
 per se, sed per commemorationem rerum sacrarum
 ut puta sac. litterarum, historiarum, operum mira-
 culorum, effectuum gratiarum promissionum, sacra-
 mentorum, rerumque sacramentalium, et continetur
 que res commendandæ propriis, vel improprie & limiti-
 tudinem aliquam adinere videbuntur, adhibita
 etiam favorem Divinarumque nominum impositione
 cum